Nunquam enim adulterastiſ sanguinem
de libera nati nec privilegium amisistiſ
legittimorum eo vestriſ temporibuſ
abutendo. Nunc autem finiſ appropin_
quat honorum nunc quietem habetiſ
in manibuſ descendentium nunc ver_
tetur in otium labor et erunt expense
omnibuſ in augumentum et si re_
spexeritiſ pro quibuſ contenditiſ ra_
tioneſ et adversantium intollerabilem
iniustitiam vindicabitur Deuſ qui of_
fenditur ab iniquiſ et vestriſ petitioni_
buſ deferet triumphali voſ diademate
coronando. Rogamuſ igitur voſ et mo_
nemuſ quatinuſ ad tam magnum nate
diem omneſ pariter debeatiſ ascendere
consideranteſ vestri nominiſ famam
et matrem a qua sumpsistiſ originem
excellentiam et obtinere credenteſ otium
non queratiſ. Quoniam honos non acqui_
ritiſ quiescendo. Ecce vestra benedicta
domuſ carrocium presenſ omnium patet
et dominuſ. hoc colite hoc amate huiuſ
estote memoreſ huic honorem reddite.